



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De Ascensione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

DE APPARITIONE DE-
cima tertia. 1. Corinth. 15.

A Pparuit & beato Paulo post Ascensionem. (Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi) inquit ipse. Apparuit etiam Patribus in limbo, quo ad animam, & postquam inde educti sunt.

Deniq;, resumpto corpore, apparebat passim discipulis, & cum eis crebro versabatur.

DE ASCENSIONE
CHRISTI. Act. 1.

Primò : Postquam iam per dies quadraginta multoties se **CHRISTVS** Discipulis suis viuum exhibuisset, (in multis argumētis, &c. loquens eis de regno **DEI**.) Misit eos Hierosolyman, vt promissum sibi Spiritum sanctum, illic expectarent.

Secundò : Eduxit eos ad Oliueti

mon-

montem. (Et videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.)

Tertiò : Iisdem in cœlum susipientibus dictum est per duos illos viros in vestibus albis assistentes, Quos angelos fuisse credimus: (Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic IESVS, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in cœlum.)

*REGVLAE ALIQVOT,
ad motus animæ, quos diuersi excitant
spiritus, discernendos; vt boni solum
admittantur, & pellantur
mali.*



DVERTENDVM est: quod potissimum conueniunt exercitiis primæ hebdomadæ.

Prima